

ubi postquam regenerationis Baptismalis administranda formam Christum Dominum post resurrectionem suam Discipulis suis apparere tribuit, dicens: *Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: prosequitur dicens: *de quo utique eos ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione copisse. Additur sane huic observantia, etiam Pentecostes ex adventu Spiritus sancti sacra solemnitas, qua de Paschalis festi pendet articulo: & cum*

68 *ad alios dies alia festa pertinet, hoc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratia manum, & eos, quos ad die Pasche, aut molestia infirmitatis, aut longinquitatis itineris, aut navigationis difficultas interclusit, invitavit, ut quibuslibet necessitatibus impeditis, desiderii sui effectum dono Spiritus sancti consequantur*: que omnia repetit Epistola 78. ad Episcopos Campanie: & de aliis videndus Crespius proxime citatus. Licet ergo dies Epiphaniae ex solemnioribus sit, non tamen destinatus est pro Baptismo solemnibus ab Ecclesia celebrando: unde prohibito non licet tali die similem solemnitatem augeti habito respectu ad baptismum Joannis, cum indidrecta devotio reprimenda sit: ex Laurentio Bellis in repeti. sex. in can. nullus mortuus. p. 2. q. 1. v. 2. n. 37. vers. hanc morientis. Si autem scire desideres sensum Patrum circa decretum Concilii Tridentini, & rationem differentie Baptismi Joannis a Sacramentali baptismo: consule Cardinalem Sforziam Palavicinum in Historia Concilii Tridentini, lib. 9. cap. 7.

72 *Sed ne decipiaris hujus decreti auctoritate, scias velim, hanc Regulam non procedere in casibus necessitatis, veluti mortis, agritudinis, obidionis, persecutionis, naufragii, & similibus, in quibus quocumque tempore baptizari potest: c. Si quis necessitate, c. venerabilis, cap. baptizandi, de Consec. distin. 4. Idem est, in adultis perfecte instructis, exemplo D. Petri, qui Cornelium, & eos, qui cum ipso erant, baptizavit: Actor. c. 10. similiter & Philippus Eunuchum baptizavit, Actum c. 8. Limitatur etiam Regula hac in infantibus: ex D. Thom. in 3. p. qu. 17. quem sequitur Turrecrem. in c. Si quis 14. vers. respondeo, de Consec. distin. 4. Riccius ad cap. 3. n. 4. imo hoc preceptum, 74 consuetudine contraria esse abolitum docet Turrecrem. in cap. baptizandi, de Consec. distin. 4. Riccius nu. 3. & quoad infantes, ob periculum mortis, non solum non differendum, sed quamprius fieri potest, Baptisma illis conferri debet: quia ipsos filios Dei facit adoptivos, & a Diaboli eripit potestatem: ut statuit Eugenius IV. constit. 23. in epistola, Camate, pridie Nonas Februarii 1441. in Bullario antiquo, pag. 291. in novo, pag. 273. Barbof. in constit. Apost. verbo Baptismus, collect. 54. m. 1. & plurius Juribus, & Conciliorum decretis in unum congelitis, videndus Bauni de Sacramentis, tract. 2. q. 20. vers. dixi extra necessitatem. Si autem scire velis qua diligentia probandi sunt baptizandi: consule Hallier de Sacris election. & ordin. 1. p. sect. 1. cap. 1.*

77 ubi de Exorcismis, jejunii, predicationibus, & aliis ceremoniis antiquis factis et videtur petra tractat.

78 Si verò quartas, quare hoc decretum quoad parvulos non fuerit factum, sed tantum adultos comprehendat: dicas quia pueris alio pacto quam Baptismo subveniri non potest ad salutem, juxta text. in c. nulla prater 142. de Consec. distin. 4. Tiden. sess. 7. can. 5. & utrobique Barbof. in collect. Adulti verò salvari possunt Baptismi desiderio: ita D. Thom. & Turrecrem. locis superius citatis, quos sequitur Riccius n. fin. qua de causa Gelafius Papa in c. Baptizandi 18. de Consec. distin. 4. Epistola ad Episcopos Lucaniae, c. 12. Baptizandi inquit, sibi quisquam passim quocumque tempore nullam credit inesse fiduciam, prater Paschale festum, & Pentecostes, venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi languoris incursum, in quo verendum est, ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis agrotans exitio preventus abscedat.

80 Hinc etiam resolvitur questio aliis difficilis, de qua in can. baptizandi, 99. 1. qu. 1. non licere in casu extremae necessitatis dare pecuniam pro baptizando moribundo, Sacerdoti sacrilego, qui alias Sacramentum ministrare non

vult, si moribundus adultus fuerit; secus autem si infans: ex eo videlicet, nam cum adultus Baptismo flammis salutem consequi possit, non est cur simonia admittatur, nullaque videtur ratio quo tanti criminis labes elui seu excusari possit: at verò infans salvari nullo modo potest, nisi medio Baptismo, quo casu in extrema necessitate scilicet videtur pecunia oblatio, non tamen recepta, quoad ad extrema necessitas. Sed communior est contraria sententia, etiam in adulto, ut lato calamo prosequitur plures pro utraque parte referens Doctores, omniaque fundamenta expendens, Barbof. in collect. ad text. in d. c. de baptizandis, per totum.

Qua ratione rebus Ecclesie compositis, Christianorumque numero, maximo Dei beneficio, propagato, necessitate Baptismi attenda, provide Romani Pontificis Ecclesie sancte Catholice & universalis Romanae Pastores, videntes tantam multitudinem semel, vel bis in anno baptizari non posse, privatim in Ecclesia Baptismum induiserunt: diebus Paschatis & Pentecostes in memoriam veteris Illius consuetudinis servatis: ut videtur est Antverpia, ubi Ecclesia in Collegiatam erecta juxta habendi fontem baptismalem Cathedralis Ecclesia concessit, sibi tamen reservato jure & facultate solemnem Baptismum sui duabus festivitatibus administrandi: Anno 1124. ut ex donatione, quam refert Batonius in Appendice 10. 11. docet Beyerlinch verbo Baptismus, vers. tempus Baptismi, quod idem eodem fere tempore accidit Casaraugusta, cum nostra Ecclesia Metropolitana, in qua tantum Fons reperiebatur Baptismalis, de Anno 118. quo ab Imperatore Alfonso cognomento Debellatore, à Sarracenorum tyrannide liberata, & pristina libertati reddita esset, Cathedra; eidem loco ubi antea fuerat restituta, à Petro Librana Episcopo & Canonici in ea constitutis, inter ceteras sanctissimas leges & ordinationes quibus munita est, statutum fuit, ut omnes infantes in Cathedrali baptizarentur: ut constat ex his que lato calamo prosequitur post plures quos refert & sequitur Arruego in tract. Cathedrae Episcopalis Casaraugustanae, c. 2. §. 1. fol. 55. & c. 22. §. ultimo, pag. 716. Postea verò de Anno 1142. ob egregiam sanctitatem venerabilis quae fundationem Ecclesie Beatae Mariae deel Pilar, ubi eadem sanctissima Virgo adhuc in humanis agens Beato Jacobo Apostolo apparet, Ecclesiam sibi constructi dicarique voluit, promissione facta nunquam in hac civitate Christi cultores defectors; de quo late diximus sup. cap. 3. an eodem tempore Cathedrales ad Episcopatum inceperunt, nu. 13. Collegiata Ordinis Sancti Augustini Canoniorum à nobis ibi erecta, missique Priore ut Regulam & institutum didicerent: (nostra enim Metropolitana ejusdem erat tunc temporis instituti) fonteque Baptismali: de anno 1220. concessio, semper tamen Metropolitanae (nunc temporis Cathedrali) juxta privatè solemnis Baptismi in festivitatibus Pasche & Pentecostes reservatum fuit: ut late videri potest ex his que adduximus d. tract. de unica & perenn. Cathed. Casaraug. in Ecclesia sancti Salvatoris: c. 9. num. 33. de quibus etiam videndus Arruego d. c. 2. §. 1. & c. fin. §. 27. ubi sententiam Sancti Episcopi id statuentis ad literam refert.

Nec abs re erit inquirere, cur in principio nascentis Ecclesie unus tantum fons Baptismalis reperiretur, isque in Cathedrali: Quod dubium, licet non reperiat à Doctorebus quos ego vidi, petra tractat, tamen salva in omnibus melius sententium doctrina, facillimè solvendum esse censet: nam cum Baptismus in fantibus regulariter administraretur, qui est actus spectans ad parentes, seu gestantes, per quos parvuli fidem proferunt, qua mediante baptizatus in Ecclesiam intrat, filiusque ipsius efficitur, c. quereis, & c. parvuli, de Consecrat. distin. 4. Merlinus dec. 288. nu. 6. merito in Ecclesia Cathedrali talis professio fieri debebat, quae Mater est, & ita appellatur Ecclesia Matrix, ut c. 1. §. m. 166. cum segg. notavimus: unde Mater ista spiritualis, spiritualiter in fide recipit, & parturit infantem, quem fides Patris aut susceptoris regenerandum petit: hac de causa ratio postulabat ut renascentia hac fieret in ea, & per Episcopum in diebus solemnis baptismatis, id est Sabbato sancto, & Pentecostes, ut diximus: eo sumpto exemplo, nam Christus Do-

89 Dominus Divum Petrum solum per manus baptizavit, ipse verò fidei Patriarcha Petrus, cui Dominus suam Ecclesiam commendavit, suumque Vicarium constituit his verbis: *tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*: Andream, Jacobum, & Joannem baptizavit, ab eis verò reliquos Apostolos, & septuaginta Discipulos baptizatos fuisse testis est Eudodius Episcopus Antiochenus apud Nicephor. lib. 2. c. 3. c. 37. observat Bauni de Sacram. tract. 2. de Baptismo, qu. 2. vers. Confirmatur hoc. Hallier. tract. de sacris election. & ordin. 1. p. 111. quod Episcopi ordinem, cap. 2. art. 1. §. 2. fol. 578. num. 5. & 6. ex Abbate, Andrea, Beyerlinch in Theatr. vita hum. verb.

91 Baptismus, vers. Mater: unde exiens Jesus ab Hierosolymis cum Discipulis suis in Judaea, per Discipulos suos baptizabat: c. Quando ab Hierosolymis 147. de Consec. distin. 4. Cupers: in repet. text. in can. Oportebat 79. distin. pag. 203.

92 unde antiquitus, solus Episcopus mittere erat Baptismi: D. Thom. q. 67. art. 2. ceteri verò ex delegatione Episcopi, de quo plura tradit Bauni de Sacram. tom. 1. tract. 2. qu. 20. merito ergo solus Episcopus in sola Cathedrali baptizare his diebus solemnis poterat, cum ipsi soli competere haec facultas. Ex quibus etiam constat, & quantaverentia Divo Petro debeatur, cui tantum beneficium Christus Dominus propriis contulit manibus, ut ab ipso ceteris omnibus univ. fidelibus mediantibus aliis Apostolis, & Episcopis deinde administraretur: & de Baptismo Petri videndus Batonius cum pluribus tom. 1. Anno Christi 31. num. 40. ubi notat septuaginta Discipulos à D. Petro & Joanne Theologo fuisse baptizatos: & de Baptismo Apostolorum plura tradunt Tertullianus lib. de Baptismo, & D. Augustinus Epist. 108.

95 Ex quibus etiam omitti non potest, Divum Petrum ceteros Apostolos virtute, & perfectione superasse: ut optime notavit Contilioris de canonizatione Sanctorum, cap. 9. num. 41. & 42. per haec verba: *Nono quo soli Petro, & in persona Petri Successoribus, & non omnibus Apostolis dictum est; si diligis me: pascere oves meas: cap. Significasti, de elect. & extravagant. Vnam sanctam Bonifacii Orlavii: & ponit Panor. in cap. translatio, de constit. & similiter: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevaldebit adversus eam, & dabo tibi claves Regni colorum: 21. distin. c. In novo: & Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, Matthaei 16. & cap. Quodcumque, 24. qu. 1. & qui filii sunt legitimi, c. Per venerabilem, vers. his vero: & de re iudicat. lib. 6. in c. Ad Apostolicam, vers. Nos itaque, id autem quod legitur Matthaei 18. Quocumque ligaveris super terram, erunt ligata & in caelo: intelligitur dictum Apostolis in ordine ad Petrum, mediante quo in alios potestas derivanda erat: & idem fuit dicendum eis: in caelo; & Petro, in caelis, quia non erant tanta perfectionis sicut Petrus; secundum Joannem de Turrecrem. in summo de Ecclesia, lib. 3. cap. 3. & facit textus noster in c. Ita Dominus noster, 19. distin. & 21. distin. c. In novo, & 24. quae 1. cap. Mater. Idem de eo quod legitur Joannis 20. Quorum remiseritis peccata, &c. ad quod vide text. in can. Loquitur Dominus, 24. qu. 1. & facit quod ponit Panor. in d. cap. Translatio, de Constit. haec Contilioris.*

96 Patet ergo ex supradictis, Baptismum tantum his duabus festivitatibus in fonte Ecclesie Cathedralis administrari posse: prout etiam Romae observatur; quandoquidem Neophitis tantum administratur in Basilica Lateranensi, quae urbis & orbis est prima, & universalis Cathedra, ac Summi Pontificis Sponsa, in Constantinum Magni Baptistero: nec aliae, id est S. Petri, nec S. Mariae Majoris Basilicae talem functionem exercent: ergo his diebus ad Cathedralium deferendi sunt infantes qui baptizandi sunt: hoc est à Sabbato sancto usque in Albis, & à Sabbato Pentecostes usque in Sabbatum sequens inclusive, in Civitate: ita Gavantus in Manual. Pralat. verbo Baptismus, num. 4.

97 Nec absque urgentissima causa late jus Cathedralium, conferendi scilicet Baptismum duabus tantum illis festivitatibus, abrogatum fuisse credendum est: cum enim, ut

notat Nicephorus lib. 12. Historiae, cap. 34. post medium, talis mos in Thessalia vigeret, ut solum Paschalis diebus Baptismus administraretur, multi sine illo Sacramentum decebant: unde limitatio illa, de qua supra, hoc est de infantibus, & moribundis, non erat sufficiens: qua de causa, temperata dispositione, libera data fuit facultas administrandi quolibet tempore: ut pluribus docet Durantus d. cap. 19. num. 14. Nec novum est, leges juxta temporum qualitatem mutari, temperari, vel corrigi debere: de quo vide plura apud Solozanum, ita ut alia non indigeat allegatione Emblemata 51. per totum, precipue ex num. 13. & sequentibus: quod prohibitionis decretum usque ad tempora Caroli Magni, & Ludovici Pii conservatum fuisse judicantur plures, quo sequitur Durant. d. cap. 19. num. 14.

Hinc etiam, non solum statuti fuerunt dies pro solemnibus commemoratione Baptismi, verum etiam hora: etenim hora nona illis diebus conferebatur: quia ut notavit Alcuinus de Eccles. offic. & Baptismo, Angelus Domini ad Cornelium ea hora venit, qui accessit D. Petro, ab eo Baptismi gratiam accepit, & eadem Dominus hora expiravit. Sed tamen quoad mortem Salvatoris, non rectè ratiocinatus fuit Alcuinus: licet enim hora nona Dominus Jesus expiravit, tamen computum horarum Hebraeorum non correspondet nostro computo: hora enim nona apud illos, Tertia est post meridiem: apud Italos vero, variatur secundum computum exitus Solis; hora enim prima numeratur post occasum, ita ut spatium illud quod intercedit ab occasu usque ad mediam noctem, computetur in numero horarum pro die sequenti: juxta quem sensum intelligunt communiter Sancti Patres Resurrectionem Dominicam: & illud Math. 13. dicens, Christum Dominum tribus diebus, & tribus noctibus fuisse in sepulchro, sicut Jonas fuit in ventre ceti, verificatur computando patrem noctis Veneris, cum parte noctis Dominicae, incipiente nocte more Hebraeorum à media nocte: de quo videndus Sylveira in Evangelia, tom. 3. lib. 5. qu. 13. At verò commune computum horarum in Italia tantum fit de media nocte usque ad mediam noctem: juxta quem sensum non rectè convenit computum. Si verò differentiam horologiorum, horaeque exitus, & occasus Solis pro toto Anno scire desideres: vide Pellizarium, juxta computum horologii Italici, in Manual. Regul. 102. tr. 5. c. 8. q. 12. ex n. 10. cui addendus est Castaldus in praxi Ceremoniarum secundum computum Ecclesiasticum Hispanum, lib. 3. sect. 3. cap. 9. num. 34. Sed tamen Alcuinus rectè ratiocinatus fuit: ex quo licet mos Romanorum fuerit ut supradictum est; tamen pro computatione diei, semper hora à media nocte incipit: l. More Romano, ff. de servis, cap. Consuluit, de offic. Delegat. Costa in c. Alma mater, §. In festis servatibus, nu. 8. de senten. excom. in 6. Ripa de nocturno tempore, cap. 3. ad num. 17. plures apud Barbof. in Pastor. alleg. 57. num. 183. & in collect. ad text. in d. c. Consuluit, num. 6. & de computo Hebraeorum, vid. Sylveiram ubi proxime. Ex quibus intelligo quod haec tamen me lateat: cum enim Romae intermissum circiter hanc eandem horam nonam, id est intermissum ante meridiem in die Sabbati sancti, Catechamenes in Baptisterio Constantinensi in Ecclesia Lateranensi baptizari ab Episcopo Vicegerente eodem die celebrante ceteram, causamque aliam non inveniente prater locum in eum celebratis officii: nunc verò dispositionem Ceremoniarum sanctarum, & rationem dispositionis venerando adduco, addens quod non tantum illa die, sed etiam per totam Octavam Pasche Baptismi solemnis celebratur, ut ex Bern. Auguini Abbate cap. 3. libelli, de rebus ad Missam spectant. notat Beyerlinch d. vers. Tempus Baptismi.

In privato verò Baptismate, non quolibet tempore, sed manente prandium, nisi necessitas aliud postulet, administrari convenit; non post prandium: nec ibi comestiones seu epulas fieri permittendum, nisi tantum pontaculum quod omnino convivium non sapiat, & epulas lautitas excludat: quae omnia notavit Crespius in Summa Ecclesiastica disciplina, verb. Baptismus: vers. Baptismus ubi conferendus: auctoritate Concilii Coloniensis 4. sub Carolo V. cap.

Baptismus, vers. In Baptisterio, & ex S. Damaso in libro Pontificali, in vita S. Silvestri, refert hujus Baptisterii magnificentiam & ornatum supradictum Durantus de Ritibus Eccl. d. lib. 1. c. 19. n. 7.

30 Ex quibus liquido constat, morem hunc perennem fuisse in Ecclesia habendi locum speciale pro hoc Sacramento administrando: quandoquidem S. Damaso Papa Anno 384. in Vaticana Basilica fontem erexit baptismalem satis amplum, de quo meminit Prudentius in Perisepthano, cum agit de passione Petri & Pauli, & Basilica Vaticana; cujus versus transcribit Beyerlinch proxime citatus, ubi varia miracula in Baptismo patrata, & divinam ultionem contra contemptores illius iusto Dei iudicio factam reperies: & de alio fonte & Baptisterio in domo S. Agneris, ipsius precibus fabricato, edificata ibidem Basilica à S. Silvestro, ubi Mausoleum ejusdem B. Virginis in quo corpus ipsius requiescebat, adinventum fuit; in quo Baptisterio Constantia cum filia Augusta à S. Silvestro Papa aquis Australibus tincta est: extant plura testimonia Nicephori, Anastasii, & Bedae apud Bossium in Roma subterranea, tom. 2. lib. 4. cap. 25. num. 6.

31 Unde non solum in Ecclesia, verum in ea parte quam Episcopus designaverit, collocandus est fons, ex decreto Concilii Bernensis, hoc est in Palatio Bernis, sub Pipino Francie Rege cap. 7. ubi prohibetur ne publicum Baptisterium sit in Parochia, nisi in loco ab Episcopo constituto: quibus adde Crescencium d. verbo Baptismus, vers. Baptismus ubi conferendus. Sed tamen habenda est ratio, ut prope Baptisterium nullum adific sepulchrum: Gavantus in Manuali, verbo Baptisterium, num. 36. hac enim reverentia sacro fonti exhibebatur, ut non liceret sepelire cadavera prope Ecclesiam in qua Baptisterium erat constructum, ex Concilio Antifiodorensis decreto sub Densdedit Papa celebrato, canonem 14. in quo similis prohibitio statuta fuit: de quo videndus est Durantus de Ritibus Ecclesie, d. lib. 1. c. 19. num. 4. & diximus c. 17. n. 34. unde prohibitionem illam sepelendi cadavera in Ecclesia, de qua latissime c. 16. de Capellis Ecclesiarum Cathedralium, juncto cap. 17. de sepulchris, egimus; ad Baptisteria reverentia causa fuisse extensam non dubitamus.

34 Circa verò Baptismi administrationem in fonte, dubitare non licet, non solum ex usu à temporibus Constantiani, jam Ecclesie rebus pacatis, & compositis, verum etiam ab ipsius Ecclesie sanctæ cubulis: cum constet in Ecclesia B. Pudentiane, quæ prima urbis Romæ fuit, ubi sanctæ fieri petra & fundamentum Petrus Apostolus divina celebrat & conveniebat in Ecclesia, in Domo Pastoris, ubi Ecclesia sub ipsius Pastoris titulo, tanquam veneranda antiquitatis monumentum, erecta conspicitur, quæ in B. Pudentiane honorem à S. Pio Papa, venerabili virgine.

35 Praxede ipsius Pudentiane forore enixis precibus exposcente dicata est; ac baptismalem item ibi fontem extructum fuisse Bibliothecarius in eiusdem sancti Pontificis vita commemorat; cujus verba refert idem Antouius Bossius in Roma subterranea, d. to. 2. lib. 4. cap. 43. n. 1. in fine, ubi etiam n. sequenti, recenset morem antiquum summotum Pontificum benedicendi aquas lustrales ad usum Baptismi, etiam persecutione durante.

36 Quare sequitur, ut de materia Baptisterii dispertemus, ut ab omnibus sciatut ex qua materia sit faciendus fons Baptismi; In quo dicas fontis vas esse debere lapideum: teste Communi usu Ecclesie, & quæ observat Barbol. de offic. & potest. Paroch. c. 18. n. 38. Gavantus in manual. Episcoporum, verbo Baptismus, n. 32. addens debere esse sine rima, hoc est, fractura: Durantus de Ritibus Ecclesie, d. lib. 1. cap. 19. n. 5. ex Concilio Ilterdensi, decreto, apud Burchardum lib. 4. cap. 25. can. Omnis presbyter, de Consecrat. dist. 4. Durant. in Ration. lib. 6. c. 82. vas verò, in quo Baptismi aqua conservatur, nitidum esse debere & ex eadem materia, id est lapide marmoreo conflatum; non ex ligno, ne imbibatur aqua ab ipso, non ex aurichalco, ne rubigine tegatur; ubi etiam concha ex aurichalco, & duo vasa ad oleum

37 Catechumenorum, & sanctum Chrisma conservanda; quæ omnia si urgeat loci necessitas, saltem ex stanno fieri

permittitur, dummodo omnia nitida sint: ut profecquitur Barbol. d. c. 18. n. 38. aliud item vas seu cochelear ad infundendam aquam, & ad excipiendam eam, & manus Sacerdotis lavandas, esse debet: ex Gavant. n. 5.

38 Hec autem omnia clausa sunt, sicut fons signatus, ne pulvis in aquas decidat, & minus puras faciat, cum panno albi coloris coopertus, operculum verò ligneum esse debet, bene observatum, & cancellis septum; & claves à Curato retinende sunt: ex Gavanto supra, n. 33. cujus rationem licet communiter assignent Doctores, dicentes, ne homines ad superstitionem faciendam aquam fumant, teste Barbol. tamen rationem quare materia ostii seu operculi diversa sit à Baptisterio ipso, cum illud ligneum; hoc verò marmoreum sive lapideum esse debeat, ut notavimus, non afferunt: Ego vero ex dictis eam deduco, quandoquidem Baptismus Joannis umbra fuit nostri Baptismi, & Arca Noe quæ in ipsis diluvii aquis universum orbem operiebant, saluberrimum generi humano tabulam præbuit, in qua etiam salvatorem ejusdem generis humani expiationem, per Baptismum Sancti Patres contemplantur, teste Tertulliano lib. de Baptismo: Cypriano Epist. 74. & pluribus aliis apud Bossium tra. de Roma subterranea, tom. 2. lib. 5. cap. 9. num. 2. & 3. unde rectè ad propositum S. Ambrosius lib. 1. de vocat. Gent. cap. 4. ait: In Arca, Ecclesia figuratur, dum per lignum & aquam redemptionis Crucis Christi, & ablutio regenerationis aperitur. Sit ergo fons ex lapide, ubi aqua conservatur, sigillum verò seu ostium ligneum, sicut Arca Noe per lignum & aquam, figura exitus redemptionis Crucis Christi, & nostre regenerationis per Baptismum: decenter item debet esse ornatus licet occultus locus: Piaceticus in praxi Episcop. p. 2. c. 3. n. 25. vers. Fontis; Barbol. d. c. 18. num. 13.

39 Cederem item ex dictis oportere Sanctorum imaginibus locum Baptisterii adornari, saltem de congruentia: licet hoc non sit de præcepto: & quidem Sancti Joannis Baptistæ imaginem depingendam non dubie affirmare, exemplo Constantiani Magni, qui eam in suo Baptisterio argenteam magni ponderis apponi voluit, ut reclinamus: præterquam quod in loco Jordanis, ubi nosster Baptismus adumbratus fuit, sacellum est in honorem ejusdem Sancti Joannis Baptistæ: & in eo, in memoriam baptismi filii Dei, se ablueret solent Peregrini, cum oratione ad Deum, ut pro sua ille misericordia per Christi Domini nostri merita peccatorum fordes abluat: verba sunt Andrichomii in suo Theatro Terra Sanctæ, quæ refert Bossius d. lib. 6. cap. 5. n. finali. Quare etiam habet sancti Joannis Christum Baptistam imaginem pingi debere in coopertorio conche ubi aqua conservatur, dixit Gavantus in Manuali Prælatorum, d. verb. Baptismus, n. 33.

40 Columbam item apponi debere in umbraculo, sive baldachini forma super Baptisterio exstiti maverim: nam cum fuerit Baptismus adumbratus in Arca Noe ut diximus, columbaque, idè ex Arca fuit dimissa, ut reverfa portans ramum olivæ virentibus foliis, intelligerent aquas diluvii cessasse, Genesis c. 8. nu. 11. quæ etiam figura est Spiritus Sancti, qui Ecclesie regimini tanquam supremum motor præest, & ab omnibus periculis eam liberat, ne procellis absorbeat, & ad salutis portum tandem feliciter appellat meritò collocandus est Spiritus Sanctus sub Columbe specie, ut renatis Fonte baptismatis secura sit spes; quæ D. Chrysologus sermo 14. annuntiat per hæc verba: Hæc inquit Spiritus Sanctus superat aquas sub specie Columbe, ut sicut illa Columba Noe nuntiavit ad diluvium desisse mundi: ita ista indice noscitur perpetuum mundi cessasse naufragium. Si verò plura de Columba, & ejus figura, ediscere velis, non injucunda consule Bossium tom. 2. lib. 6. subterranea Romæ, & aliqua vide lib. 5. c. 9. n. 9. Columba igitur collocanda est, ut per eam & Spiritum Sanctum in Baptismate acceptum credamus, & finem tempestatis: nitidissime persecutionis credamus: idè enim Columba paucis post diebus iterum ex Arca dimissa est, ut duplex illa missio duplicè nobis persecutionem ostenderet: in prima, qui lapsi sunt, victi ceciderunt: in secunda, qui ceciderunt victores exierunt: teste D. Cypriano ad Novat. adest igitur Columba, ut peccatoribus

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60 itibus renatis Fonte Baptismatis finem tempestatis ostendat, atque ore ramum portans olive, pacem mundo reddidit: præterquam, quæ cum omnia futuorum signa, ne ipse desperet, illius te historice confirmat admonitio: teste D. Chrysolomo homil. 1. 2. in cap. 3. Matthæi apud Bossium d. lib. 5. c. 9. n. 12. Et hac de causa, mortis erat antiquitas, in Baptisterio aureas, sive argenteas Columbas in figuram Sancti Spiritus supra divinos fontes collocare, ut apparet ex Synodo 2. Nicæna, acta 5. & ex Onuphrio de præceptis urbibus Romæ Basilicis, Cap. de Baptisterio: observat Durant. de Ritibus Ecclesie, d. lib. 1. c. 19. n. 7. Ex quibus non incongruè in Baptisterio Ecclesie nostræ Metropolitanæ Casaraugustanæ præter Columbam, Agnus positus in summitate coopertorii ipsius conspicitur, qui est stemma proprium ipsius Ecclesie: cum enim Agnus & Columba in simplicitate & mansuetudine acquiescent, ex D. Bernardo sermone 1. De Epiphania, ubi ait: Non incongruè venit Columba, quia nihil melius convenit Agno quam Columba: nam quod Agnus in animalibus, hoc Columba in avibus est: summa virtusque innocentia, summa mansuetudo, summa simplicitas, vocere cuiquam respicit, ledere non nocent: vide etiam plura circa hoc non injucunda apud Bossium tra. de Roma subterranea, tom. 2. lib. 6. cap. 4. de Christo Domino à Joanne in Jordanis alveo baptizato.

61 Debenit item adesse duo mantilla ad abstergendam capitulum infantium: quod si nova afferantur, in usum Ecclesie convertenda sunt: Gavant. n. 35. ubi sup.

62 Hoc autem Baptisterium, sive hic Fons bis in anno benedicitur, hoc est Sabbato sancto, & Sabbato Pentecostes, auctoritate Concilii Gerundensis, & Gelasii Papæ: de quo est text. in cap. De Catechumenis, c. Venerabilis, c. Baptizandi: ubi Gloss. & Doctores de Consec. dist. 4. D. Thomas 3. par. q. 71. & in eo generale Baptisma celebratur ex particulari privilegio harum solemnitatum: de quo idest Siricii Papæ Epistola 1. Himerio Tarraconensi Episcopo, registrata in cap. Non ratione, de Consec. dist. 4. quod idem præcepit S. Leo Papa univ. Episcopis per Siciliam constituit, Epist. 4. c. 5. registrata similiter in c. Duo tempora, ead. dist. quæ omnia confirmantur decreto Concilii Mogontini sub Carolo Magno can. 4. Moguntino item 2. sub Rabano Mauro c. 3. Triburienis cap. 12. de quo videndus innumera alia Conciliorum testimonia referens Crescencius in Summa Ecclesiastica disciplina, verbo Baptismus, vers. Baptismus quo tempore conferendus, pag. 60. & pluribus citatis videndus Bauni tra. de Sacramentis, p. 1. tra. 2. de Sacram. Bapt. c. 1. vers. cap. 9. Et licet alius diebus possit baptizari & debeat conferri, non tamen aqua consecrari nec benedicere: in Sabbato, de Consec. dist. 4. & ex DD. Cypriano & Basilio observat Catechismus par. 2. tit. de Baptism. n. 61. fol. 224. cujus ceremonie tanta est solemnitas, ut his duobus diebus Fons ab Episcopo sit benedicendus, & Baptismi Sacramentum administrandum, ex literis Episcopo Aegyptii, & Cleri Alexandrini apud Anastasium Apolog. 2. probat Hallier. tra. de sacris electionibus, & ordinationibus: altera parte de numero Ecclesiasticorum Ordinum, art. 2. §. 5. n. 13. fol. mibi 392. quod decretum confirmat unius Fontis in Cathedrali privativum privilegium. Venia verò ab Episcopo obrepta, rectè possunt his diebus Presbyteri baptizare: & ita intelliguntur S. Leo, S. Damafus, & alii sancti Patres in Catechismo noviter aucto Parisiis impresso, de anno 1628. tit. de sacro Baptismo, n. 25.

63 Congruum enim visum fuit, dies solemnes deputati ad tantam Sacramenti reverentiam, & ut devotius baptizandi ad illud accederent, ut ex Turrecremata docet Ricciolus de person. extragremi. Eccles. exil. lib. 3. c. 3. n. 1. licet enim nulla sint tempora, quæ plena non sint divinorum mysteriorum: tamen discreta devotio non permittit omnia ad voluntatem pro cultu ususque Sancti facere, quæ pia Mater Ecclesia sibi latuenda ad aliquod designandum reservavit: unde S. Leo d. epist. 4. cap. 1. apud Baronium, Episcopos Siciliæ graviter objurgat, quod numerosius in die Epiphaniae Baptismi sacramentum, quam in die Paschatis conferebant, per hæc verba relata à Baronio: Quia (ait) die s. universos Christi innumeros consecratos fuisse videmus.

64 Debet etiam adesse duo mantilla ad abstergendam capitulum infantium: quod si nova afferantur, in usum Ecclesie convertenda sunt: Gavant. n. 35. ubi sup.

65 Hoc autem Baptisterium, sive hic Fons bis in anno benedicitur, hoc est Sabbato sancto, & Sabbato Pentecostes, auctoritate Concilii Gerundensis, & Gelasii Papæ: de quo est text. in cap. De Catechumenis, c. Venerabilis, c. Baptizandi: ubi Gloss. & Doctores de Consec. dist. 4. D. Thomas 3. par. q. 71. & in eo generale Baptisma celebratur ex particulari privilegio harum solemnitatum: de quo idest Siricii Papæ Epistola 1. Himerio Tarraconensi Episcopo, registrata in cap. Non ratione, de Consec. dist. 4. quod idem præcepit S. Leo Papa univ. Episcopis per Siciliam constituit, Epist. 4. c. 5. registrata similiter in c. Duo tempora, ead. dist. quæ omnia confirmantur decreto Concilii Mogontini sub Carolo Magno can. 4. Moguntino item 2. sub Rabano Mauro c. 3. Triburienis cap. 12. de quo videndus innumera alia Conciliorum testimonia referens Crescencius in Summa Ecclesiastica disciplina, verbo Baptismus, vers. Baptismus quo tempore conferendus, pag. 60. & pluribus citatis videndus Bauni tra. de Sacramentis, p. 1. tra. 2. de Sacram. Bapt. c. 1. vers. cap. 9. Et licet alius diebus possit baptizari & debeat conferri, non tamen aqua consecrari nec benedicere: in Sabbato, de Consec. dist. 4. & ex DD. Cypriano & Basilio observat Catechismus par. 2. tit. de Baptism. n. 61. fol. 224. cujus ceremonie tanta est solemnitas, ut his duobus diebus Fons ab Episcopo sit benedicendus, & Baptismi Sacramentum administrandum, ex literis Episcopo Aegyptii, & Cleri Alexandrini apud Anastasium Apolog. 2. probat Hallier. tra. de sacris electionibus, & ordinationibus: altera parte de numero Ecclesiasticorum Ordinum, art. 2. §. 5. n. 13. fol. mibi 392. quod decretum confirmat unius Fontis in Cathedrali privativum privilegium. Venia verò ab Episcopo obrepta, rectè possunt his diebus Presbyteri baptizare: & ita intelliguntur S. Leo, S. Damafus, & alii sancti Patres in Catechismo noviter aucto Parisiis impresso, de anno 1628. tit. de sacro Baptismo, n. 25.

66 Congruum enim visum fuit, dies solemnes deputati ad tantam Sacramenti reverentiam, & ut devotius baptizandi ad illud accederent, ut ex Turrecremata docet Ricciolus de person. extragremi. Eccles. exil. lib. 3. c. 3. n. 1. licet enim nulla sint tempora, quæ plena non sint divinorum mysteriorum: tamen discreta devotio non permittit omnia ad voluntatem pro cultu ususque Sancti facere, quæ pia Mater Ecclesia sibi latuenda ad aliquod designandum reservavit: unde S. Leo d. epist. 4. cap. 1. apud Baronium, Episcopos Siciliæ graviter objurgat, quod numerosius in die Epiphaniae Baptismi sacramentum, quam in die Paschatis conferebant, per hæc verba relata à Baronio: Quia (ait) die s. universos Christi innumeros consecratos fuisse videmus.

Frances de Eccles. Cathedr.

67 tibus, & in cunctis eius actionibus Sacramentorum mysteria concessisse natum est; sed alter quoque signis denuntiare, alter rebus impleri: nec quemcumque numerum in operibus Salvatoris, ad tempus pertinere Baptismatis. Verum Spiritus sapientia & intellectus ita Apostolos & totius Ecclesie erudit Magistros, ut in Christiana observantia nihil inordinatum, nihil pateretur confusum. Discernenda sunt causa solemnitatum, & in omnibus institutis Patrum, Principumque nostrorum rationabilis servanda distinctio; quia non alter unus Grex & unus Pastor sumus, nisi quem admodum Apostolus docet, id ipsum dicamus omnes, Simus autem perfecti. Unde Baronius profecquitur in eodem sensu, & in eadem sententia habdit cap. 3. Quævis ergo omnia mysteria in unam Christi consueverant personam, & ad nostre reparationis tendant effectum, proprie tamen (hoc allegat Gratianus de Consec. dist. 4. c. Proprie) in morte Crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia Baptismatis novam creaturam condit ex veteri, ut in renascentibus & mors Christi operetur, & vitæ dicente Beato Apostolo Paulo: Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus: ex cuius doctrine spiritum apparet, regenerandis filius hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii, ea que geruntur in membris, his, que in ipso sunt capite gesta, congruerent; dum in Baptismatis regula, & mors invenit interfectione peccati, & sepulchrum Triduanam quod tria demeritio: & ab aqua elevatio, resurgens insar est de sepulchro. Hinc est quod Dominus, postquam surrexit à mortuis, ad instructionem Pastorum, formam & potestatem tradidit Baptizandi, & non ante; ut ostenderet regenerationis gratiam ex sua resurrectione capisse. Adicit sane hinc observantia, etiam Pentecostes, ex adventu Spiritus Sancti, facta solemnitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo. Et cū ad alios dies, alia festa perveniant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit; porrigen quodammodo auxiliantis gratie manum, & eos quos à die Pasche aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigantis difficultas interclusit, invitavit, ut ostenderet regenerationis impediti, desiderat sui effectum dono Spiritus sancti consequantur. Et concludit c. 5. (ut allegat Gratianus de Consec. dist. 4. c. Duo tempora.) Unde quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis, hæc duo tempora à quibus locuti sumus, esse legitima; dilectionem vestram monemus, ut nullis aliis diebus, hæc observantia miscatis; nisi in mortis articulo, in obsequio discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii, ubi vere salutis singularæ præsidium cuiquam non negamus: (hoc etiam allegatur à Gratiano ibidem c. Si quis.) Si quis autem Epiphaniae festivitatem quæ in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc existimat privilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum Sancti Joannis accesserit; sicut illius baptismi aliam gratiam, & aliam fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse virtutem, quia per Spiritum sanctum renascentur, de quibus dicitur: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indignis remissione peccati, nec quærens remedium renascentis, sic voluit baptizari, quomodo voluit circumcidi, hostiamque pro se emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere, fieret sub lege, quam non venerat solvere, sed adimplere; & implendo finire: sicut Beatus prædicat Apostolus: finis autem legis Christus ad infirmitatem omni credenti: Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium: & tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profuxerant sanguis 67 redemptionis, & aqua Baptismatis.

Sed dices, Epiphaniae dies consecratus est in Baptismi Jordanis à Christo Domino suscepti memoriam: unde mos fuit olim Ecclesie Africanæ, solemne baptismum tempore Epiphaniae conferre, teste Victorio Uticensi lib. 1. de persec. Vandal. quem sequitur Beyerlinch verb. Baptismus, vers. tempus Baptismi: cujus abusus sublatis rationem reddidit, & difficultatem tollit. Quare ergo cum hic dies sit solemnis, sicut cæteri, admittitur non debet? Cui difficultati respondit idem Leo Sanctus d. Epistola, c. 3. responderet & ex eo Gratianus in c. Proprie & de Consec. dist. 4. ubi

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

N 4 ubi

In Theſſalia plures sine Baptiſmo deſceſſerunt propter prohibi-
tionem quocumque tempore baptizandi, 97.
Leges juxta temporum qualitates temperande, mutande, vel
corrigende, 98.
Preceptum Baptizandi tantum bis in anno ad quod usque tem-
pus duraverit, 99.
Baptismus qua hora celebratur antiquus, 100.
Cornelius qua hora a B. Petro fuit baptizatus, 101.
Dominus noster Iesus Christus qua hora expiravit iuxta holo-
logium Hispanum, 102.
Hora computatio & differentia inter Hebraeos & Latinos, 103.
Differentia computatio horarum inter holorogium Hispa-
num & Italicum, 104.
Christus Dominus quomodo tribus diebus, & tribus noctibus
fuit in corde terre, 105.
Differentia holorogiorum, & exitus, & occasus Solis pro toto
anno, 106.
Romani a media nocte incipiebant computare diem, 107.
Baptismus qua hora administratur in Sabbato sancto Ro-
mae, 108.
Baptismus solemniter per totam Octavam Pascha celebratur,
109.
Baptismus privatus ante prandium primo administratur,
110, 117.
An sint permittenda Epule in Baptismo, 111.
Quae sint prohibenda in Baptismo, 112.
Quomodo sit celebrandus Baptismus, 113.
Conſuetudines quae prohibentur, 114.
Jejunium omnia conſervantur, 115.
Jejunium, ad Ordines preparatio, 116.
Testis ieiunius debet deponere propter reverentiam Iuramenti,
117.
Fons Baptismalis Ecclesiae Cathedralis plura privilegia ha-
bet, 118. & seqq.
Quilibet in eo potest baptizari, licet in aliis Parochiis non sic,
119. & seqq.
Vnus Sacerdos alterius Parochiae terminis vel plebem non de-
bet usurpare, 120.
Per quem Ministrum in Cathedrali debet administrari Ba-
ptismus alienis parochianis, 121.
Claves Baptisterii apud Parochum esse debent, 122.
Iura baptismalia ad quem pertineant in Ecclesia Cathedra-
li, 123.
Fons Baptismalis Ecclesiae Cathedralis a quo sit benedicendus
Sabbato sancto, & Pentecostes, 124.
In Ecclesiis inferioribus ad minus tres Clerici esse debent, 125.
Iura baptismalia illis diebus non sunt Parochi, sed Capitu-
li, 126.
Nisi benedicens fontem fuerit Capellanus maior, vel Archi-
presbyter, cui cura incumbit animarum, 127.
Benedictio fontis ad Episcopum, & eo nolente ad primam Di-
gnitatem de Capitulo spectat, 128.
Nolente prima Dignitate, ad alium Canonicum proximum, &
immediatum spectat, 129.
Baptisterio maxima reverentia debetur, 130.
Suspendam miraculum ob eam non servatam, ibi remissive,
140. & seqq.
Baptismus aquae gratiam confert sive a malo, sive a bono Mi-
nistro administratus, cum debita tamen intentione, 131.
Idem in Sacramento Eucharistiae, 132.
Non quales Sacerdotes sint, sed quid de Domino loquantur est
providendum, 133.
Doctrina bona etiam a malo Sacerdote debet accipi, 134.
Missas an aquae expediat a malo, vel a bono Sacerdote facere
celebrari, 135.
D. Petrus quare a Domino potius, quam ceteri Apostoli pro-
prie fuit manibus baptizatus, 136.
Baptisma an conveniat administrari a Summo Pontifice, Epi-
scopo, vel aliis Ministris primariis aliquando, 137. & seqq.
Christus Dominus baptizandi opus incepit per se; per suos au-
tem perſecit, 138.
Pontifices Romani qua de causa per se ipsos Sacramentum Ba-
ptismi administrarent olim, & de eo exempla, 139.
Constantini Copronymi suspendam miraculum, ex eo quod ster-
cus egressum in fons baptizaretur, 140.
Armeniorum maximum miraculum ex lotione aquae baptismali-
s, 141. & 142.
Agarenorum superstitio circa lavandos infantes, 143.
Infantes in Altari non debent collocari ante baptismum, 144.
Orare ante baptismum maxime convenit, 145.

Baptismi ceremonia sacra, & omnes ritus antiqui, remissi-
ve, 146.
Baptismi vocabulum lato modo sumptum pro quibus usurpa-
tur, 147.
In Baptismo condonantur peccata, 148.
Iudaei tempore perfectionis, Baptisteria in balneo mutabant,
149.
Liber debet adesse ubi nomina baptizatorum scribantur, 150.
ACurato debet custodiri, 151.
Authenticus est, & fidei facit, 152.
Postquam fuerit finitus ad Archiepiscopale Episcopale deferendus
est, 153.

Reverentia tanti Sacramenti, quale est Baptismus, in
quo originale peccatum in infantibus, actualia etiam
in adultis remittuntur; per quod fructus Sanguinis Chri-
sti Domini in Cruce effusi copiose percipiuntur, in quo
administraretur cum debito cultu in Ecclesia edificatum,
perpolitum, & cum veneratione cultoditum requirebat:
cum enim ex Beda in *Genesim* cap. 5. Noe per aquam & li-
gnum liberaliter suos; Christus per Crucem & Baptismus
liberaret Christianos: unde ratio recta potestatem locum con-
strueretur, qui fons Baptismalis, sive Baptisterium appel-
latur, ad nostram regenerationem operandam: quod Ba-
ptisterium etiam *Matrem Adoptionis* S. Dionysius de Ec-
cles. *Hier. arc.* & alii appellant: *fontem sacrum*, & *regenera-
tionis sacramentum*, S. Ambrosius, S. Damascus, & alii com-
plures: nec sine magna ratione, cum apud Hebraeos Ba-
ptismus idem sit quod *illuminatio*: de quibus omnibus vi-
dendus Durantus de *Ritus Ecclesiae* lib. 1. cap. 19. num. 10.
quandoquidem expressissima extat prohibitio in *Clement.
unica*, de Baptismo, ne Baptisma conferatur in Aulis, vel
Cameris, aut alius privatis domibus; sed duntaxat in Ec-
clesiis, in quibus ad hoc munus obeundum fontem specia-
liter deputari solentur, casu necessitatis, excepto, & pro
filiis Regum vel Principum, ut ibi communiter notant DD.
de quibus videndi citati a Barboſa, ibi, in *collect.* & de po-
testat. *Paroch.* c. 18. n. 39. ubi late disputat qui sub nomine
Principum intelligantur: late etiam Bauni de *Sacram.* tom. 1.
traſt. 2. cap. 1. vers. cap. 9. fol. 61. ubi notat, non omnes Ec-
clesias Baptisterium habere posse, sed tantum designatas ab
Episcopo, vel Parochias. Clericos vero, qui in Oratoris in
privatis aedibus constructis ministrant, vel baptizant, hoc
illus loci Episcopi auctoritate & licentia facere debere de-
cernitur: quare si quis Clericus hoc non sic servaverit, de-
ponendus est: verba sunt tex. in *can. Clericos*, de *Consec.
dist.* 1. qui desumptus fuit ex Concilio generali in *Trullo*,
can. 3. si eadem constituitur *ibi*, *can.* 59. ubi dicitur, non in
Oratorio domorum, sed ad Catholicae aedes accedendum
esse sub poena depositionis in Clerico, segregationis in Lai-
co, nisi in casu necessitatis: quod etiam statutum fuit in
Concilio Meldensi *l. can.* 48. & Viennensi sub *Clemen. V.*
& *Coloniensi* 4. cap. 15. quibus addendus est Crespius in
Summa Ecclesiastica disciplina, verbo *Baptismus* ubi confe-
rendus.

Qua autem ratione hoc factum sit, non obscure colligi-
tur: licet Doctores non passim adducant: nam initio Chri-
stianitatis teste Valterio Strabone de *rebus Eccles.* cap. 26. 7
quem sequitur Durantus de *ritibus Ecclesiae*, lib. 1. c. 19. nu-
m. 1. simpliciter in fluvii sive in fontibus baptizabantur cre-
dentes: Lydium enim in flumine baptizatum legitimus,
Actor. c. 16. Eunuchus Candacis Reginae in via cum venisset
ad aquam, *Actor.* cap. 8. Custos carceris cum familia sua in
ipso carcere baptizatur, *Actor.* etiam 16. quare sive in flumi-
nibus, sive in fontibus, vel in domibus, seu etiam carceribus,
vis quoque publicis administrantur Baptisma; & quo-
usque crescente numero fidelium, ait Strabo, ob Religio-
nis honorem, institutionem Ecclesiasticam decus usque 8
ad plenitudinem crevit, & hujus salutaris lavacri in melius
celebratio: qua de causa Baptisteria fuerunt instituta, &
fontes baptismales; simulque prohibito alibi baptizandi
nisi in casibus necessitatis, & haec Baptisteria a Constanti-
ni tempore incepisse docet Durantus ex *nu.* 8. & prosequit-
ur *num.* 9. Si vero scire cupis principium & tempus bene-
di-

dicendi, & sanctificandi aquam baptismalem & lustralem
in Ecclesiis? vide Baronium *Anno* 132. n. 5. quae quidem
dispositio maxima cum ratione determinata fuit; quando-
quidem supposita institutione hujus Sacramenti a Christo
Domino, quae incepit eo die quo ipse a Joanne in Jordane
baptizari voluit, *Matthaei* c. 3. de quo videndus Bauni de
Sacramentis, tom. 1. traſt. 2. per totum, & passim Doctores:
nam in Jordane Dei filius baptizandus adfuit, Pater illi re-
stimonium perhibuit voce caelitus delapsa, & Spiritus san-
ctus ei in specie columbae apparuit: de quo videndi sunt S.
Ambrosius lib. 3. in *Lucam*, c. ult. S. Hieronymus in *c. 3. Mat-
thaei*, S. Damascenus lib. 4. de *fide*, c. 10. & per eos Bauni &
Beyerlinch in *Theatro* ver. *Baptismus*, vers. *institutio*: ubi
notat quod illud, quod hodie Christus decrevit per Baptis-
mum, in hoc declaravit Nicodemus, *Joannis* c. 5. unde eo mo-
do quo Christus Dominus voluit suscipere Baptismum.
Joannis non ut mundaretur, cum immundus non esset, sed
ut mundaret aquas facti corporis sui contactu, easque tan-
to ministerio aptaret, & vim regenerandi eis conferret; ex
SS. Augustino, Hieron. & Damasc. *proxime relatis*, de-
scenditque in Jordane ablendus, ut *Matthaei*, d. cap. 3.
legitur; ita baptizandi ad aquas Jordanis Ecclesiae ire de-
bet, ut a sordibus munderetur, nec domi hanc gratiam ac-
cipere convenit: & hac ratione locum illum Jordanis,
in quo Dominus baptizatus est, perpetuae memoriae monu-
menti nobilitatum esse tradunt B. Gregorius Turonensis
c. 17. de *gloria Martyrum*, & in eo leproſos mundari dum
lavantur: & plura scribit Beda de *locis Sanctis*, c. 13. Beyer-
linch d. verb. *Baptismus*, vers. *Locus baptismi*: late Baroni-
us *Anno Christi* 31. ex n. 19. ubi late de loco, die, tempore ip-
sus, & de miraculis invenit. Si vero plura velis edificere
de causa Baptismi Christi in Jordane? consule late Antio-
nium Bossium in *Roma subterranea*, p. 2. lib. 6. cap. 4. in *prin-
cipio* ubi *nu. finalis*, ex Andromachio in *Theatro Terrae sanctae*, lo-
cum venerabilem & miraculis illustratum in Sacello in hono-
rem S. Joannis Baptistae constructo commemorat. Si plura
etiam scire desideres de differentia Baptismi Joannis, & no-
stri Baptismi, pro exornatione facti Tridentini decreti sess. 7.
cap. 1. vide Crespius in *Summa Ecclesiastica disciplina*,
verb. *Baptismus*, vers. *Baptismus Joannis*, & eius effica-
cia: vide etiam tex. in *cap. Non regenerantur*, 35. de *Con-
secr. dist.* 4. ubi plures apud Barb. in *collect.* Crespius
17 *loco citato*: ubi de Baptismo infantium defenso, & quomo-
do gratiam accipiant, *ibi*, pag. 52. & 55. de quo est etiam
18 *in fide offerentium*: plures apud Barb. etiam in *collect.*
vide etiam Card. Baron. *Anno* 53. n. 20. ubi hanc traditio-
nem baptizandi pueros ab Apostolis deducti: ubi etiam,
19 *Anno* 34. n. 61. ex Gregorio Nazianzeno responder ad obje-
ctum, non esse scilicet protrahendum Baptismum ad an-
num 30. quia in eo fuit Christus baptizatus; sicut non est
20 celebranda Missa post prandium die quinta majoris Heb-
21 domada, quia Christus non jejunus Discipulis corpus suum
etiam non jejunus tradidit; cum non omnia eodem tem-
pore quo a Christo facta sunt fieri conveniant, & Ecclesiae
traditio sit servanda: vide eundem n. 60.
22 Hinc est deputatum semper fuisse locum in Ecclesia, ubi
Fons hic poneretur prope majorem Basilicam, id est Templi
vestibulum: ut praeter Lateranensem, ubi Constantinus ba-
ptizatus fuit, de alio ubi Clodoveus a S. Remigio intinctus
est, testatur Gregorius Turonensis lib. 2. *historiae*, c. 21. Du-
rantus d. cap. 19. nu. 3. & 9. & colligitur ex Concilio Antif-
iodorensi *sub Desiderio* Pontifice Maximo, & ex Grego-
rio Turonensi lib. 5. *Historiae* cap. 11. quod unicus tantum
23 erat in unaquaque Civitate, vel oppido; licet postea plures
concessi fuerint in Concilio Meldensi cap. 7. Quod etiam
hodie pluribus in Civitatibus observari certissimum est, ut
24 in Civitate Parmensi in Italia, ubi omnes civis unico utun-
tur Baptisterio, ut testatur Beyerl. *proxime citatus*: etiam
idem mos in Civitate Bononiensi antiquissimus erat, de
quo testatur Palleorus in *Archiepiscopali Bononiensi*, part. 3.
tit. de Sacramento Baptismi, ubi Collector notavit: & de
Pisis, Florentia, Bononia, Parma, & aliis pluribus Civita-
tibus Italiae ad haec usque tempora testatur Durantus d. cap.
Frances de *Eccl. Cathedr.*

19. n. 3. de Florentia notant omnes Scriptores, & praecipue
videndus Bacci. in *vita Sancti Philippi Neri Florentini*, cui
hoc Opus, & omnia Opera mea dico, dedico, & ex praecor-
diosis totisque visceribus, pedibus ejus obvolutus conſe-
cro, in memoriam innumerabilium ab ipso gratiarum ac-
ceptarum: idemque notavimus in ejus vita a nobis conscri-
pta, c. etiam primo. In Signintina Civitate, & in Barbaſtren-
ſi idem observatur: de quo videnda sunt a nobis notata
*traſt. de unica & perenni Cathedralitate Caesarugustana in
Templo Sancti Salvatoris*, c. 5. n. 40. quod idem Caesarugus-
te observatum fuisse statim post recuperatam civitatem a
Maurorum tyrannide Anno 1178. & restitutum Cathedram
ab Imperatore Alfonso nostra Metropolitanam, ubi
unicum tantum Baptisterium collocatum fuit, in quo om-
nes infantes baptizabantur.

Postea vero, ejusdem Concilii Meldensis decreto, cap. 25
7. cuilibet Parochiae suae assignatus fuit Fons, qui intra Ec-
clesiam, id est prope vestibulum collocatur, ut de eo in quo
Clodoveus Rex baptizatus est testatur Gregorius Turonen-
sis lib. 2. *Historiae*, cap. 11. cujus usum a Constantino Magno
Imperatore incepisse credo, ut in principio notavimus, ex eo
quod a lepra ipsius mirabilis mundatio a S. Silvestro Pa-
pa, sacrosancti Baptismi lavacro, in altero ut ita dicam Jor-
dane recreatus, ab omnibus interioribus sordibus diebus
mundatus fuit: de quo, & de balneo ex trucidatorum in-
fantium sanguine conficiendo de Medicorum consilio,
quod magnus ille Princeps exhorruit, & ac de aliis prae-
ter sanguinem humano compositis, in Aegypto usurpatis ad cu-
rationem ejusdem morbi qui Reges frequenter invadebat,
vide Baronium *tom.* 3. *Anno* 324. num. 36. pag. 265. ex Plinio
lib. 26. ca. 1. vide eundem Baronium *numeri sequentibus*, 28
ubi plura scitu digna reperies, & nominatim n. 40. ceremonias,
preces, obsecrationes, & alia quae Baptismum Catechu-
menorum per plures dies praecedebant enarrat; item &
usum benedicendi Fontem Sabbato sancto, ex more jam an-
tiquo deductum referunt *nu.* 41. & pluribus videndus Hallier de
sacris electionibus & ordinationibus, tit. de *Ritus ordinatione*
precedentibus, c. 4. art. 3. pag. 964. & art. 5. & tit. de *sacra
vntione*, articulo 5. pag. 1026. & seqq. In cujus beneficii
memoriam Constantinus magnus illud Baptisterium in
perpetua Sancti Joannis in Laterano prima Urbis & Or-
bis ac Summi Pontificis Cathedrali seu Patriarchali Ecclesia
constitui fecit, cujus mira architectura Imperatoris piissi-
mi magnificentiam & devotionem satis superque exhibet.
Erat enim ex lapide Porphyreico tam intus quam foris, &
desuper cooperatum; pelvis vero aquam continens, ex ar-
gento purissimo ponderis trium millium & octo librarum:
in medio Fontis columna item Porphyreica portans Phia-
lam auream pondi librarum quinquaginta, in qua Balsa-
mi librae ducentae ardebant: in labro insuper Fontis, Agnus
similiter ex auro confectus stabat ponderis librarum triginta,
ad cujus dexteram Salvatoris erat imago ex argento fa-
bricata librarum centum & octoginta: ad lavam Beati
Joannis Baptistae adstabat effigies, in cuius pedibus scrip-
tum erat, *Eccce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi*,
ex eadem materia argenti confecta ponderis librarum centum.
Cervi fundentes aquam septem circuibant fontem,
quorum unumquisque pondus erat octingentarum librarum,
teste *Baron. statim citando*. Thymiam materium sive Concha
ad fundendam aquam super baptizandum, ex auro purissi-
mo ponderis librarum decem, pretiosissimi gemmis quad-
raginta duabus ornatum erat: de quibus omnibus, & de
Constantini Imperatoris Donatis, alique perpulvis, vi-
denda quae scripta sunt *tom.* 1. *Conciliorum*, post *Concilium
Neocaesareense*, sub *Esybio seu Melchade*, & *Leone IV.* appro-
batum in *cap. De libellis*, *dist.* 10. sub titulo de *Primitiva
Ecclesia & munificentia Constantini Magni Imperatoris erga
eundem* ex pag. 472. ubi de Baptisterio seu Foote sancto pag.
478. *column.* 2. juxta modernorem jussu Sixti V. impressio-
nem: quae omnia ab Anastasio Bibliothecario desumpta
esse ex perveſtuto codice notavit, eadem referens & ap-
probans Baronium *Anno Christi* 324. n. 55. & 56. & seq. pag.
273. *tom.* 3. ubi de omnibus his enarratis late disserit: & de
eisdem videndus Beyerlinch in *Theat. vite humane* d. verb.

V. cap. 15. ubi censura pro fimilibus abufibus reformandis ponitur, & ad hujufmodi comeliones cohibendas, antemeritiano tempore celebrati jubet, nifi neceffitas aliter fuadeat; quod Concilium Moguntinum 4. renovavit cap. 113. 16. per hec verba: *Et tanto mysterio debita omnino reverentia exhibeatur, ferio nouemus, ut mane intra officia divina; non autem tempore pomeridiano post epulas, & prandia, nifi neceffitas, aut periculum infantium accelerare Baptifimum expofcat; cum multa sobrietate, & accurata devotione Baptifimum adminiftrant: Comellationes vero, & parum sobria caruoria, que quibufdam in locis post Baptifimum fiunt, per civiles Magiftratus volumus inibiheri, aut faltem ad moderationem Chriftianis dignam reduci volumus.* Comellationes enim, ex quibus luxus & alia inconvenientia fequi poffunt, Chriftiana pietati recte reformari convenit: de quibus plura notavimus locis à nobis citatis, capite precedenti, de Pulpo, num. 162. & feqq. quibus addendus Baron. tom. 114. Anno 1777. num. 14. Nec mireris jejuniu adminiftrandu effe Baptifima, omnia enim jejuniu confecrantur in lege Euangelica; ideo jejuniu ad Ordines preparatu effe, ex Anacleto Epifc. 2. in cap. Ordinationes, diftin. 75. optime S. Leo epifc. 70. in cap. 1. cap. Quod à Patribus, ead. diftin. de quo latè Haller de prepar. & difpo. Ordin. 8. 4. pag. 190. fic etiam tollis ad deponendum debet effe jejuniu, propter venationem juramenti: cap. Placuit, de testib. cap. Honestum, 22. quæft. 5. eodem etiam modo, Baptifimo jejuniu præmitti folet, ex Concilio Carthagenfi 4. & ex more Sancti Iuftini Martyris Apolog. 2. & innumeris Sanctorum Patrum testimonis probat Haller de facris electionibus, & ordinationibus, tit. de ritibus Ordinationem precedentibus, art. 1. pag. 958. unde mirum non effe, fi Comellationes prohibeantur, & à jejuniu fit celebrandum Baptifima; fed hoc antiquatum effe, hora enim quacumque diei celebratur.

Diximus, utilitate fuadente, plura Baptifteria concessa fuiffe, ut facilis neceffitatibus hominum succurreretur; fed tamen fonti baptifimali Ecclesie Cathedralis ea fuperioritas, & majestas remanet, ut licet à jure nullus nisi à suo Pastore baptizari poffit, neceffitatis casu excepto, cum unus Sacerdos alterius Parochie terminos, & plebem, & jus non debeat usurpare, cap. Placuit, 7. qu. 1. cap. Sicut, 9. qu. 2. cap. Nullus 3. de Parochiis, cum aliis congeffis à Barb. de offic. & potest. Paroch. cap. 18. num. 7. de quo diximus fuprà: ubi limitat, nifi confuetudo fuerit contraria ex decreto facre Congregationis Rituum die 16. Decembris 1605. in una Oriolen. tamen ad Baptifterium Ecclesie Cathedralis, omnibus pater liber aditus, ex quo Parochia effe univerfalis totius Epifcopatus: ut in puncto latè diximus, cap. 21. de Parochia Ecclesie Cathedralis, ex num. 1.

Verum circa hoc, difficultas fe offert ventilanda, quam circa alia Sacramenta d. cap. 21. tetigimus, à quo Miniftro baptizandi fit alieni Parochiani ad Cathedralis accedentes? In quo dicas, quod fi fuerit Dignitas, five alius Minifter, veluti Capellanus Major, vel Archipresbyter, qui curam nomine Cathedralis exerceat, ille adminiftrabit; fin minus Curatus Parochie Cathedralis: de primo, non effe dubium: juxta latè notata d. cap. 21. de Parochia; de ultimo idem affirmo, quia ex quo effe Curatus, & ad id ipsum pertinet custodia clavium Fontis, & Baptifterii, ita ut apud ipsum solum effe debeant, teste Gavanto in Manuali Epifcoporum, verbo Baptifimus, num. 34. neceffario debet effe ille Minifter: cum non ob aliam rationem ipsi claves custodiendæ concedantur.

Ex qua resolutione pendet etiam refolutio illius questionis, Jura videlicet Baptifimalia ad quem pertinere dicantur? In qua sub eadem distinctione procederem; hoc effe, ftante Miniftro deputato, veluti Capellano Majore, five Archipresbytero, ad ipsum: fin minus ad Parochium; cum ipse fit Minifter: quod fecus effe in aliis functionibus, quæ admittantur à Capitulo, veluti in funeralibus, in quibus jura percipit Capitulo: ut dict. cap. 21. de Parochia notavimus; quia omnia hæc fiunt à Capitulo.

Ex dictis etiam alia refolvitur quæftio, an die Sabbati

majoris Hebdomadæ, & Pentecostes, fons benedicendus fit in Cathedralibus à Capitulo, vel à Parocho? In quo dicas, quod ftante præcepto illius solemnitate, utique solemnitate ritum adimpleri debet, & magna celebritate fieri hæc benedictio, Clericis adstantibus omnibus qui de more convenire folent, deftentibus, & non minus quam tres, etiam in inferioribus Ecclesiis adesse debent: juxta notata à Gavanto d. verbo Baptifimus, num. 37. & 38. fed maxime in Ecclesia Cathedrali, cum fit pars solemnitate ad quam tenetur Capitulo, juxta tex. in cap. 1. cap. Dolentes, de celebrat. Miffar. cum aliis: unde pertinet ad ipsum, non ad Parochium; cum omnes functiones, quæ fiunt præfente Capitulo, ad ipsum non verò ad Parochium pertineant. Quare pro infantibus illis diebus baptizatis, jura non Parocho, fed Capitulo erant, eo modo, quo funeralia quando intervenit Capitulo: de quo etiam d. cap. 21. ex num. 147. Quam doctrinam limitarem, nisi exercens fuisset Capellanus Major, five Archipresbyter, ut dictum effe; nam cum officium proprium Parocho univerfalis exerceat, eodem modo fibi refervari debent jura, quæ illi propria fiunt; sicut ultimum vale refervatur in funeralibus pro Canonico celebrante, vel Oblatio; quia nomine Capitulo celebrat: quæ omnia intelliguntur Epifcopo abfente, nam ad ipsum spectat Fontis hujufmodi benedictio, ut fuprà, num. 61. in principio, notavimus. Unde cum ad Epifcopum spectet benedictio fontis; eo abfente, vel nolente, ad primam vel secundam Dignitatem, hoc effe ad dignitatem de Capitulo spectabit: ex Barbof. in Apofol. decisio. collect. 225. nec alteri potest delegari, fed nolente prima Dignitate, ad immediatam fequentem digniorem fiet transfusus; latè idem Barbof. de Canonici, cap. 5. n. 46.

Hinc enim loco magna reverentia debetur, quem Dominus maximis, & stupendis miraculis illustravit ob illam non fervatam, quæ enumerat Beyerlinch d. verb. Baptifimus, verf. Miracula: & diximus fuprà. Baptifini verò tanta effe virtus, ut æquè gratiam conferat, five à bono, five à malo Miniftro admittitur: de quo latè videndi Crespicius in Summa Eccl. difciplina, verbo Baptifimus, pag. 55. Baronius Anno Christi, 726. num. 47. tom. 9. cajus rei rationem adducit D. Auguftinus contra literas Pelitiani, lib. 2. cap. 22. relatus à Gratiano in cap. Dominus, 87. 1. q. 1. dicens: *Quæftio modo queramus quis fit verus Sacerdos, & non quid fit verum Baptifima.* Enitit: *Qui autem solo Sacramento Sacerdos effe, sicut fuit Pontifex Caiphas per fecutor unius, & veriffimi Sacerdotis, quamvis ipse non fit verax, quod dat tamen, verum effe, fin non det sumum, fed Dei: & inferius: Baptifini ergo puritas, à puritate, vel immunditia conscientie, five dantis, five accipientis omnino diftinéta effe. Memento ergo, Sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quo illa vel omnino non fiunt, vel minus facta fiunt.* Ex quibus concludit: *Grattias Deo, quia tandem confessus effe posse valere invocatum nomen Christi ad altorum salutem, etiam si à peccatoribus invocetur. Hinc ergo intellige, cum Christi nomen invocatur, non obesse salutem alienam peccata.* Non enim in nomine Baptizantis, fed in nomine Trinitatis hujus gratia donum percipit Baptizatus: ut docuit D. Greg. Epifc. 4. que malè Gregorio III. tribuitur: ut notavit Baronius eam referens Anno 726. ex num. 41. cum feqq. de quo etiam in Sacramento Eucharistie videnda effe Tridentina difpositio feff. 7. de Sacramentis in genere, can. 12. & de omnibus, text. in cap. Intra Catholicam 77. cum feqq. ubi plura Barbof. in collect. 1. q. 1. non enim quales Sacerdotes fiunt, fed quid de Domino loquantur effe magno per providendum: de quo effe text. in cap. Non qualis, 86. eadem causa 1. qu. 1. unde doctrina bona etiam à malo Sacerdote debet accipi; ex d. c. In Sacerdotibus: cui addendus effe Ilidor. Mofconus de Manifest. milit. Ecclesie, p. 1. lib. 1. cap. 19. de Prædicatoribus loquendo, verf. Attamen, & feq. fol. mibi 334. & de schismate hæc de causa orto initio nascentis Ecclesie, meminit Divus Paulus Epifc. 1. ad Corinth. cap. 1. existimantium baptizatos esse eorum à quo baptizabantur, dicentium: *Ego sum Cephe, Ego sum Pauli, Ego verò Apostolo: quod sedavit Apostolus dicens, omnes esse Christi: videndus text. in cap. Olim,*

Olim, 95. distin. de quo videnda sunt latiffime à nobis tractata cap. 22. an Ecclesie Cathedralis eodem tempore ac Epifcopatus in capere: & adducta ut que ad farietatem à nobis etiam tract. de unice, & perenni Cathedralitate Cesar augustana, cap. 1. Si autem fieri velis an expediat Miffas à meliori Sacerdote pro aliquo celebrari facere: consule Pellizzarium in Manual. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 9. feff. 3. quæft. 8. num. 65. pag. mibi 659.

Quæ ergo de causa, tam singulari favore D. Petrus solus fuerit à Domino decoratus, ut propriis Christi manibus baptizaretur? non explicant Doctores: ea tamen mihi vera videtur: nam cum Minifter Baptifimi Primus, fit Summus Pontifex in univerfali Ecclesia; deinde Epifcopi in Dicecefibus suis; Tertio Parocho in suis Parochiis, juxta Concilii Florentini decretum, ubi loquitur de Epifcopis & Presbyteris; & pluribus docet Barbof. de offic. & potest. Paroch. 1. 18. num. 1. convenientiffimum erat, Divum Petrum electum à Domino pro suo Vicario univerfali, ab ipso baptizari, ipsumque ceteros baptizasse primarios Apostolos, idest Jacobum, Joannem, & Andream; ipsoferque alios, & Discipulos septuaginta, ita ut norma tribueretur hujus univerfalis minifterii à posteris perpetuò transmissi; taliter quod licet omnes in Christo baptizatur, licet in nomine, & sub expreffione Trinitatis, ipse per se & per suos baptizaret, ut diximus; ita etiam Vicarii ipsius, & Succelfores D. Petri, alios per fe, omnes verò per Miniftros Sacramentum hoc adminiftrarent.

Ex quibus facile colligere effe, Baptifimum ab eminentiori Miniftro ex aliqua particulari ratione convenire admiftrari; quomodo videmus Christum Dominum, D. Petrum, ex eo quod ad arcem Romani imperii, & totius Ecclesie Catholice regimen evendus erat, dicente Domino: *tu es Petrus, & super banc petram ædificabo Ecclesiam meam:* in quam per janua Baptifimi ingredimur omnes, & eisdem effecimur filii, propriis manibus baptizate: unde baptizandi opus à Christo Domino inchoatum, per suos perfectis, omnes aequè affirmant: ex Joannis 4. sententia; qui ait quod Jesus non baptizaret, sed Discipulis: ita Baronius d. Anno 31. n. 40. quod idem Pontifices Romani ob præclaram aliquam conventionem ad fidem Catholicam maxime Republice Christianæ profuturam, non semel observarunt: quandoquidem in illustri quadam primarii tujufdam Hebræi conversione, tempore Pii Quinti, sanctæ & venerandæ memoriæ, ipse fuis manibus magno concursu & apparatu in Vaticano eum baptizavit, honoribus, & prærogativis Civis Romani insignivit; ut referunt Genebrardus, Suius, & alii apud Ricciolum in tract. de Nuptiis, cap. 5. num. 7. ubi etiam de Gregorio XIII. idem fecisse referit in alio, quem non solum Civem Romanum, sed Conservatorem urbis fuiffe commemorat: quibus muneribus allecti omnes ex uraque familia Fidem Christianam fufceperunt, in qua laudabiliter versantur.

Nec præmittenda effe reverentia Baptifterio debita, cujus observationem maximis Deus miraculis illustravit, & transgressionem horrendis multavit poenis: etenim illud memoria maxime tenendum effe, quod Annales Græcorum referunt, auctore Theophane, qui Græcè scriptis Historiam, quæ Miscella appellatur, & sub titulo Pauli Diaconi pro errore circumfertur: eamque referat Baronius tom. 9. Anno 719. nu. fin. ubi de Constantino filio Leonis Imperatoris ita scribit: *Anno tertio imperii sui natus effe Leonis Principis filius Constantinus, qui magis illo impius, fuit dictus Antichristi Præcursor. Cæterum octavo Kalendas Januariæ Maria uxor Leonis coronata effe in triclinio Augusta, & processit sola cum solemnibus obsequio sine viro suo ad magnam Ecclesiam, & oratione ante ingressum Altaris effusa transfuit ad Baptifterium magnum, viro eius iam cum paucis ingresso. Vbi cum Germanus summus Sacerdos Constantinum nequie ipsorum, & imperii successorem baptizaret, divum quiddam & fidum parvulus Constantinus prægnans, exhibuit argumentum; stercus emittens in sanctum lavacrum, ut aiant qui diligenter huius rei facti sunt inspectores, ita ut Germanus Sanctiffimus propheticè diceret, Christianis, & Ecclesie,*

maximi mali per eum efficiendi hoc signum esse. Post divina vero officia, cum solemniter rursus obsequio Augusta Maria ad eum baptizato filio reversa effe, donativis erogatis Ecclesie usque ad eam portam. Unde Baronius profecquitur, & Theophanes, Zonaras, & alii omnes eadem de infantis baptismate narrant, afferuntque Constantinum hoc stercus tunc egestum in sanctum lavacrum, cognomento Copronymum esse dictum, & de alio stupendo miraculo ex S. Gregorio Turonensi de gloria Martyrum, cap. 24. & 25. videndus est omnia referens verba, Cardinalis Baronius Anno Christi 548. ex nu. 10. tom. 7. ubi de Piscina in Ofen, Campo Portugallie intra Ecclesiam posita, ubi Baptifterium invenitur in quo convenientes omnes Sabbato sancto, hora Officii, vas tutum impletur, aqua benedicitur, & ex ea hauritur pro benedicendis campanis, & domibus, & pro ea conferenda ac retinenda in cubiculis, moxque baptizantur infantes eo die, iterumque secatur: cumque hereticus quidam pro derisionem equos suos in illa Ecclesia poneret, repente cæcus factus, & in rabiem versus, sese morsibus dilaniavit: & latius alia vide ibi. Quæ ratiõne Aragonenses Reges semper violatores Baptifimi castigare curarunt, ut Ildesonsi referens edictum de Anno 1199. Baronius notat num. 27. & de paganis in confinio Armeniæ degentibus, qui cum parvulos fetentes generarent, statim ad aquas Armeniorum lavandos transmittentur, quibus Baptifimatis unda tinctis, in natus ferè propellebatur, mox tamen remiffi, ad paganum ritum, & spurciciam redibant: quare utrum illi faciendum esset, Romanam Ecclesiam consuluerunt, de quo fuit legatio Epifcoporum Armeniæ de Anno 1145. quam referat ad litteram idem Baronius eo Anno, num. 24. & de alia superstitione Agarenorum, qui baptizando pueros male olentes, ipsi mundantur; quam abfultit sexta Synodus in Trullo can. 85. videndus idem Baronius Anno 1148. num. 46. Infantes ergo non debent in Altari collocari, ut inde redimantur: ex Gavanto in Manuali Epifcoporum, verbo Baptifimus, num. 21. fed tamen expediente Altare orate ante Baptifimum, & post ipsum: de quibus videndus Durantus de Ritibus Ecclesie, d. lib. 1. cap. 19. ubi antiquitates ceremonias hujus sacre regenerationis, & usitatas reperies; omniumque rationes maxima eruditione illustratas.

Hæc autem omnia de Baptifimi Sacramento intelligi oportet, prout admiftratur ad Ecclesiam; non verò de aliis Ceremoniis, quæ Baptifima largo modo appellantur, cum sint Benedictiones tantum, veluti quæ fiunt in Campanis, de quibus videnda sunt, quæ diximus cap. 24. de Campanis, ex num. 65. 71. 76. & feqq. ubi de hoc verbo Baptifimus, latè sum pro vocabulo, egimus, quæ hic repetere opus non effe.

Ex quibus patet ratio, quare tanto honore Baptifteria 148 sint prosequenda: quia in his, ait Gregorius Alexandrinus Patriarcha, condonatur peccatorum remiffio: qua ratione Anastasius Epifc. sola ad Orthodoxos graviter dolet, quod in persecutione à Judæis, & Idololatriis in balnea fuerunt mutata: de quibus vide Durantum dict. cap. 19. num. 11. & 12.

Tandem Liber adhibendus effe, in quo nomina Baptizatorum scribantur, qui à Curato debet custodiri, ut diximus: hic verò authenticus effe, & fidem facit Merlinus 152 in Romana pecuniaria, decif. 488. num. 5. qui postquam finitus effe, ad Archivium Epifcopalem deferri debet: ex 153 Gavanto in Manual. verbo Baptifimus, num. 25.

CAPUT XX.
De Sacristia Ecclesie Cathedralis.
S V M M A R I V M.

Sacristia varia nomina, 1. & feqq.
Secretarium appellatur, ibid.
Sacristium, ubi res sacre conduntur, 2.
Sanctuarium effe locus ubi sancta afferuntur, 3. & feqq.
Sumitur pro Altari, 4.